

Alte Drucke

Opera

ANGELI || POLITIANI || OPERVM || TOMVS PRIMVS. || Epistolarum libros XII. ac
Miscellaneorum || Centuriam I. complectens. || Indicem rerum memorabilium
calci || operis adiecimus. ||

Poliziano, Angelo

Antverpiae, 1565

Angeli Politiani Epistolarvm Liber Qvintvs.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-155013

ANGELI POLI-

TIANI EPISTOLARVM

LIBER QVIN-

TVS.

125

ANGELVS POLITIANVS

Barptolemao Scalæ s. d.



Tu mihi superioribus diebus aperte dixisti, & abs te auditū multi retulerunt, nō placere genus scribendi meum, propterea quōd ascita nimīū verba, et remota consector. Me quoq; esse quen-

Ferrumina-
nator.

dā (sic enim soletis dicere) ferrumina-
torē. Vox enim hæc apud te significare iādiu cœpit eū, qui verbis istis paulō minus vulgatis vteretur. Nam Her-
molaum Barbarū, quasi per iocum vocare ferrumina-
torē soles (vt audio) quia verbum fortasse istud aliquoties ille vsurpauisset. Sed ego, mi Scala, quemadmodum tibi facile concedo vocē infrequentem non temerē recipiens dam: sic ē diuerso contenderim, non debere esse cuiquam fraudi quōd Latinas, & apud idoneos auctores reperi-
tas in vsum reuocet, ac vetustis dare nouitatem studeat, nec vacare omnino patiatur, quæ temporum culpa prorsus in desuetudinem abierunt. Etenim si quæ cuique ob-
uia sint, ea tantum noster sermo recipiat, nulla magis, quam tabellionū lingua vtemur. Ad Ciceronem verō quæ me reuocas, auctorē quidem Latine linguae summū, nec tamen solum, quæro quid alijs facias, quorum testimonia vim sententiæ semper apud eruditissimum quenq; habuerunt? Quæro itē, quid vni saltem Varroni respondeas, Varro. qui quidem sicuti Ciceroni palmam concedit orandi causas, ita Latine loquendi sibi retinet? Quæro etiā, an quasi

Demo-
sthenes.
Cicero.

Ferrumi-
no.

quasi barbaros quosdam reiicias Liviū, Sallustiū, Quin-
tilianū, Senecā, Pliniū quoq; vtrunq; multos alios præ-
terea tot sæculorum suffragiis cōprobatos? præsertim
cū diuersissimē iā quidam dubiā fecerint palma: velut
apud Græcos Herodotus in historia, & Thucydides,
apud nos autem Livius, & Sallustius. Quid quodd & Ci-
cero dissimillimus Demosthenis? Nihil enim adijci alte-
ri, nihil alteri detrahi potest: videlicet orationis ille suc-
cus alteri quidē penē deest: alteri verō quasi superfluit.
Ceterum cur hoc ipsum verbum Ferrumino tanto cum
risu profertur? cum sit proprium, simplex, non malē so-
nans, non obsoletum, quo nec Plinius ipse propietatis
adamator, nec Iurisconsulti abstineant, qui vocabulorū
sibi vim iure quodā suo præ ceteris vindicant. Eōne igi-
tur, quoniam semel aut iterum sit vsus Hermolaus, meri-
tō aut contemnitur, aut irridetur? Multa tu quidem (cre-
do) scripsisti, non multa adeō tamen edidisti, quæ vulgō
ferantur. Sed historiam certē cōponis, longum opinor
opus, & arduum. Quod ergo in te statuis exemplum, si-
ne honorum quidē auctorum vocibus vtemur tutō? Fa-
teor tamen rationem habendam vel materiæ, quam scri-
bas, vel personæ, ad quam scribas, vel temporis, in quo
scribas. Non enim idem Ciceronis actiones, & Apuleij
Milesias fabellas decuerit. Alia enim quasi lingua, qua
ludimus, alia, qua seria peragimus. Nec eodem sermone
puerū, quo doctū hominē alloquaris. Nec rursus eodem
modo ad amicos, quo ad ignotos, nec eodē ad principes,
quo ad priuatos scribas. Quare Cicero quoq; tuus, for-
tasse autē & meus ita sibi dissimilis aliquando deprehen-
ditur, vt non omnia perinde scribit, eiusdē prorsus esse
auctoris videatur. Sed te cēsorē Scala facile ferimus, ho-
minē tot annos in litteris nō sine gloria versantē. Malē

do-

doctos quosdam ferre ita non possumus, qui tamen ipsi quoque omnia exigunt ad Ciceronis gustum. Sæpè enim hoc usu venit, & quidem cum magno meo interdum vel risu, vel stomacho, ut illa ipsa in nostris scriptis potissimum reprehederent, quæ in bonis emendatisq; Cicero- nis exemplaribus reperirentur, cum tamè ipsi voces om- nino barbaras pro Ciceronianis usurparent, quas vide- licet excusores isti nouorum librorum Teutones peruer- Teutones
nouorum
librorum
excuso-
res. tissimè aliquando effinxissent. Iam præceptum illud Cæ- saris, quod obijci protinus solet, ut tanquam scopulum refugiamus infrequens verbum, magis fortasse illo secu- lo valuerit, quo Latine adhuc omnes loquebantur, quàm nostro. Iure enim tum poterat argui, qui parum conten- tus foret ætatis suæ vocabulis. Nunc autem vulgò Lati- nus sermo nascitur, nec à nutricibus iam, sed à magistris discitur. Apud quos certè nulla magis haberi verba & vsitata debent, & recepta, quàm quæ de veteribus illis magnorum auctorum thesauris proferantur. Hæc ego ad te liberè quidem, sed & amicè scripsi, mi Scala, non tam me ipsum videlicet asserens à risu tuo, quo equidem non offendor, quàm Hermolaum ipsum Barbarum leuiter de- fendens, hominem sæculi nostri eruditissimum, deq; litte- ris, & Philosophia, dum vixit, optimè meritum. Liceat autem mihi per te (ut opinor) quæ tua est in rebus om- nibus æquanimitas, sentire aliud omnino in litteris, quàm tu sentias, dumodo nulla inter nos amoris, hoc nomine, beneuolentiæq; mutue iactura fiat. Vale. viii. Kalendas Ianuarias. M. CCCCXCIII.

BARPTOLEMAEVS SCALA

Angelo Politiano suo s. d.

CONVENERANT in coronæ modū quidā docti vide- licet, et litterati homines, ac cum de studijs (ut serè fit) sermo

sermo incidisset, de diuo Hieronymo frequētiōr oratio fuit, vt ne verbera quidem ante æterni iudicis tribunal, quōd Ciceronianus, non autē Christianus esset, tacerentur. Theodorus Gaza, qui et ipse fortē aderat, vir profectō, quantum possum ego iudicare de litteris, præclara eloquentia, ridens facetē admodum questus dicitur iniuriam viro sanctissimo immeritissime illatam. Ita cum risu soluta concio est. Sed quorsum fabella, inquires mi Politiane, delicia vrbis huius? quoniā et mihi quoq; nūc Theodoro aliquo opus est, qui me eximat de Ciceronianorum grege. Nam quis est tandē, qui me vsquam huiusmodi notauerit? qui ne inter mediocriter quidem eruditos connumerari iure queam. Sum enim quispiā de populo (si nosse me vis) eloquentiæ Latinæ studiosus, affectatorq; atq; admirator bonarum artium, ipse tamē triuialē vix aliquā eloquentiā, doctrinamq; consecutus. Nā testes profectō, qui id à te mendacij detulerunt, falsum te nimirum habuere, ne me indicta causā condemnes. An ego Sallustiū, an Liuium despexerim? quorum altero nihil in scribēdo ingeniosius, aut exactius crediderim: alterius grauitatem orationis, atq; maiestatem admirari satis pro meritis nemo potest. Nam quod de Quintiliano addis, & Seneca, & Plinijs ambobus, diuersa ratio est, valde quidem tum rebus ipsis, tum elocutionis genere disparibus. Sed quando ad has me modō disceptationes eleganti epistola tua reuocauisti, agam ego tecū iā amiccius, vt voluisti, & liberius. Non enim stylum ego dūtaxat non probaui tuū aliquando, quia nimis affectata videretur oratio: sed & alia fuerunt, in quibus à tuis ego opinionibus facile dissentirē. Neq; vnquam satis dignā putaui causā, quæ tantas turbas cieret, vt Vergilius scriberetur pro Virgilio, siue à verendo, vt videri velle

Vergilius,
an Virgilius.

vis,

vis, quia & Parthenius dictus sit: siue a virendo, quod multo magis placet. Quid tandem flagitij est, si hoc, vel illo potius modo pronunties? Minutior (mihi crede) res est, quam quæ bona diutius ingenia distorqueat. Idem de duobus quoque aduerbijs dixerim totiens, et quotiens. Placet tibi ea scribi absq; n littera, & arbitror auctore Totiens. Quoties habere te, ac caussam cur ita placeat. At videbatur aliter Prisciano nobili Grammatico, idq; vsus cõprobaue- rat. Num capitale fuerit, si quid peccaris tale? Nam intel- lego quod dici contendis oportere, ab frequentiore scri- bendi usu reuocauisti, vt isto iam exemplo, et cõpremo, & redemo, vt alia multa prætermittam, non comprimo, & redimo dicendum sit. Et quidem id, fortasse At indigna certè tot iam, tantisq; studiosorum hominũ digladiationibus. Adulescentem quoque dicere te pro adolescente aiunt. Quam ego opinionem tantum abest vt probem, vt tetrasticho etiã olim, cum ex alijs quoq; idem audiuissem, sum prosecutus. Neque alienum mihi nunc videtur, si hoc id loco apposuero.

Nunquid adulescens ἀπὸ τῆς ἀσπερίας vt adulator

Fict? & à cauda nomine, nomen erit?

Ἄσπερος ἵππος nomen tolle ergo pudendum

Censeo, quodq; adolet Papiriane voca.

Plura sunt huius generis, quæ præterire nũc necesse est, ne fiat fortasse fastidium hinc lectoribus. Ferruminator tamen, de quo tu tã multa, dicendus est prius: quod verbum sicuti asperũ natura pronunciatũ est, ita minus vsu emollitũ arbitror: nisi eo proprie vtaris, & necessitate significandi quadã, vt illi ipsi, quorũ assers testimonia, factitasse mihi videtur, fugiendũ est. Ad alias enim rerũ no- tas duriter trãsfertur. Et r quidẽ littera natura aspera est. τῶν ἁσπερῶν ὁ τῶν ἀσπερῶν ὁ π, dit Dionysius. Poetæ quo-

A cauda

Turpe
hoc est

Asperitas
te autem
offendit

que & ipsi, atque oratores, si quando in res inciderint paulò crudiores, ut eas exprimant accommodatius, asperantq; verbis, crebrius inserunt eas dictiones, quæ eius sani plus habent. Si enim geminaueris, multò rugire videtur asperior, uti in terra accidere videmus, & serra. Cuius ne ferre quidem stridorem aures quorundam possunt. Quid curro: nonne strepitum etiam præ se videtur ferre currentium? Quid autem carri? num. canthorum quasi fragore quodam pertundunt auditu? Ex eodem videntur genere error, marra, susurri, barrhi, horror, ferrum, terror & huiusmodi sexcenta, quæ enumerasse ab re est. Adde quod adeò absoletum vuto. ut vix e pluribus. **Ferrum.** qui ferruminandi vim, naturamq; nunc plane teneat, aut unde sit dictum. Nam si Liuius ferrum posuit pro bitumine, aut bitumen est ferrumen, aut aliud quiddam, quod ego ignorare me fateor, neque inueni adhuc, etsi multum, diuque quasiuerim, qui scire id se profiteretur: nouisse arbitror te tamen, atque Hermolaum, virum certè in litteris ijs nostris minimè contentendum, qui ita & ut amini liberè, atque insolentiâ verbi defendatis. Hermolaum enim etiā sum ob virtutis excellentiam admiratus, nedum ferruminatorem non riserim. Namq; inter eos qui hac tepestate bonis artibus excellerunt, libenter cōnumerem. Verum ut quod sentio fatear, è nostris temporibus plus spei mihi videntur illa præstare, quàm rei. Ac soleo id sæpe cū Landino nostro, quicū propter cōmune litterarū scribendi publicarium munus cōgredior frequētius, neq; est de quo colloquamur, quàm de ista vestra humanitate auidius: soleo, in qua, præ antiquis nos appellare homullulos, qui etsi ipse quoque multa scripserit appositè, atq; eleganter, ediditq; ut inde subtimere scriptis suis possit, si vetustatis

candidissimum illum splendorem non attigerint : nihilo
minus tamē, quæ viri modestia est, haudquaquam repu-
gnat obstinatius. Plusculum verò nescio quid quam ego,
videtur huic ætati tribuere. At ipse cum rem militarem,
cum litteras, cum philosophiam, cum picturas, sculptura-
rumq; nostras, reliquaq; ætatum ornamenta considero, et
confero cum vetustioribus, quid putas? cadunt animi,
pudereq; incipit nostrorum studiorum, nisi astrologia
forsitan redimat, et solatium afferat prostratis. Quæ ad-
iā tam insanie redegit nonnullos rerum profitentis fu-
turarum scientiam, ut ne vespertilionum quidem, aut pa-
pilionum, & cicindelarum motus ullos fieri sine fato pia-
tent. Verum enimvero non frustra erit, opinor, ad nepo-
tes, & posteritatem prouocatio: & profectò tua maxi-
mè opera, qui meliorem nobis legendo, & docendo Flo-
rentinā reddidisti iuuentutem. Multa iam, & magna vi-
dentur iacta esse fundamenta gloriæ litterarum: sed nō
dum ad frugem quod dicitur, peruentum, nisi me aut iu-
diciū animi mei, aut desiderium consequendæ tantæ
dignitatis fallit: at in desiderio quidem, antiquo prouer-
bio, vel celeritas mora est. Nunc venio ad eum locum,
qui est in tuis litteris de scriptis meis, ut hac quoque de
re, quod est, non differar. Quæ scripsi ego quidem, paritè
multa sunt: edita verò nulla, nisi quæ aut imprudentiore
in ætate pueriliter penè exciderunt, aut extorsit neces-
sitas. Non enim digna mihi visa sunt, quæ in manus crua-
ditorum emitterentur: ut autem legerentur ab indo-
ctis, non fuit desiderium: quid enim nisi vanum inde, atq;
infructuosum expectandum fuit? Contra illorum opi-
nionem, qui prius etiam quam atramentum (quod aiunt)
exaruerit, informatores habent librorum paratos, &
multa millia eiusdem scripti exempla per Italiam, ora-
bemq;

bemq; terrarū legenda difseminant: vt quasi latioribus ex campis vberiores famæ suæ fructus percipiant: ingenti profectò de se potius, deque viribus scribendi suis, quam de aliena virtute proferre sententiā videntur. Id tamē inest in re periculi (nisi fallor) quòd quæ ita edideris, non in nouum pressa annum (quod Flacco placet) si quid humano more aberraueris, ad limā vix redire possunt sine dedecore: quod etiam quibusdam, qui festinantiùs sua impressere, accidisse certum est: sed detur ista venia doctioribus. Quoniam pacto feremus eos, qui rectè ignari cunctarum, blaterant tamen & ipsi multa, atque oblinunt, necdum finita informant, vnde sunt Nymphæales, quos vocant, vnde Morgantes, Dryadèsque, & infinita penè monstra, quæ vulgò decantantur, vt vel hinc facta nota aliqua videatur informaturæ arti, quæ istam occasionem præbuerit indoctis, doctisq; ita insaniendi. Vt sit verū illud, quod dicitur, Nihil beatum esse ab omni parte. Sed certè sum longior, amoris vinculo extractus, quo te complector, coloque atque admiror. Quæ restant, restant autē plurima, agemus coram melius cum voles, vel domi otiosius, si fortè plebeias spectatorum turbas vereamur. Vale. Domi, pridie Kalend. Ianua. M. CCCCXCIII.

ANGELVS POLITIANVS

Barptolémæo Scalæ suo. s. d.

ITA respondebo ad epistolam tuā Scalæ doctissime, qua mihi multa, sed leuicula obijcis, vt iocer interdū tecū liberius, et cauiller: quod quoniā et liberale est, et ad imitationē tui susceptū à nobis, credo non succensebis. Ac primò quidē quòd vereris ne te inter Ciceronianos numeremus, suspicione ista falsa te libero. Nec est cur Theodorū desideres ob id aliquē: tale nihil de te (crede mihi)

mihî) homines existimât. Nec verò ego id vñquā dixi: nō sum tam temerarius, nec audax, nec mendacia qui loquar libenter. Nam quòd Liuium modò, & Sallustii probas, Quintilianum, Senecā, Plinius ambos reijcis, causa est. opinor, quòd otium tibi nondum fuit historiam scriptiā tanti, etiam horum virtutes inspicere. Sed & affectatū videri tibi orationem meam facile patior, quoniam dictandis epistolis scriba publicus assuetus probare eum styllum maxime debes, qui à vulgari consuetudine minus abhorreat. Nec in eo tureprehendendus tamen, quoniā plerunque ad indoctos epistole istae vestrae mitti solēt: nos contrā, qui iuuentuti veterum scripta praelegimus, delectum habere verborum sententiarumque didicimus. Nec ipsi nobis, vt auribus indoctorum seruiremus, eloquentiae meliorem partē sponte abscidimus. Hoc vos affectatum fortē putatis, quo maiestas quaedam potius linguae continetur, & sanctitas. Ex quo Sallustium quoque Sallustiū, ipsum, quem iure mecum probasti, quidam tamē vt affectata scribentē notissimo epigrammate inceserunt. Iam quòd minuta quæpiam, quæ ad orthographiam potissimum pertinent, adeò improbas, vt penē tragœdias excites, rogo te mi Scala, ne mihi inuidiam istam facias, nec ob id turbas cieri, aut studiosorū digladiationes misceri, aut distorqueri bona ingenia clamites, propterea quòd Vergiliū scribere malo, quàm Virgiliū. Non enim, puto, ad pileum seruos ideo voco, non aduersus optimates armatam multitudinem concito: quin deierare tibi persanctē possum, nunquam me ob eam causam nec cum quopiam verba commutasse, nec in eo mihi aliquem repugnasse præter te vnum. Diu verò ista, qualiacunque sint, nō iuuentus modò nostra, sed & doctores plerique pronis auribus acceperunt, vt nec Landinus ipse Landin⁹,

præceptor olim meus, nunc autem vtriusq; nostrū collega, magnæ vir in litteris & auctoritatis, & celebritatis, aliter iam pronuntiet, quàm Vergilium. Quòd si tu Vergilium mauis, non equidem clamo flagitiū te facere. Quid enim mea id refert? Non te scilicet docendū suscepisti, sed Florentinā iuuentutem. Ceterum de isto quidem, quæ dicenda videbātur, abundè in Miscellaneis exposui: simul ijs respondi obiter, qui modum statuere nostræ industriæ conabantur, ac me in crimen vocabant, quòd ad hæc minuta, & vilia non conuierē, quasi verò ista me vel à linguæ vtriusque, vel ab ipsius denique philosophiæ, ceterarumq; artium bonarum professione auocauerint. In quibus iam multos annos magno quidem cum labore, nescio verò an & cum laude adhuc aliquā versor. Nam quòd me credidisti Vergiliū putasse à verendo deduci, risi, fateor, nō mediocriter. Quis enim ad te ista detulit, quæ ne cogitavi quidem? Sed audi ad cetera, de quibus adhuc nihil quidquā mandavi litteris, ne me nugis duntaxat istis censerī putes. Totiens & quotiens defendis auctore Prisciano, ceu verò non & ipse hoc semper affirmauerim, analogiam quidem postulare quoties, toties, sicuti decies, & millies: Prisciano autem auctore etiam nō litterā in his duobus, vt in illo, multotiens, interponi. Nec verò negat Priscianus & sine littera nō vtrunque vsurpari, sed et nō ait interponi. quoniā, credo, quibusdam rectius ita tum videbatur. Esse autem hoc vitium seræ iam, & affectæ Latinitatis aduerbium quoque illud multotiens testatur, quod arbitror apud idoneos non reperiēs. Illa verò etas, & item paulo superior centiens quoque, & milliē, item vicensimus, tricensimus, interposita nō littera vsurpabat, quod in Pandectis ipsis archetypis, Iustiniani principis, vt erratum

libra

librarij semper inducitur. Iam intellego vt dicā potius,
 quā intelligo, vetustis exemplaribus adducor, praefer- Intelle-go
sicut Pel-
lego, &c.
Interlego
 tim si nec grammaticorum repugnet auctoritas, nec ana-
 logia. Sic enim intellego videtur, vt pellego. Tum ab
 interlego formari ait hoc verbum Priscianus, r littera
 in l conuersa: sicut à perlego illud pellego. Rursusq; idē
 quo loco e verti ait in i, à lego affert diligo. De hoc
 autem intelligo penitus tacet. Postremò alibi quoque et
 intellego, inquit, intellexi: quod antiqui dicebāt inter-
 lego interlexi. Vides igitur vt interlego apud antiquos
 fuit, de quo versa r littera in l, postmodò intellego sit
 factum. In adulescentem verò tetrasticho etiam lusisti, Adule-
scens,
 verba scilicet Graeca Latinis admiscens: ne perdidisse
 operam te credamus, quòd homo senex in Graeca schola
 sedere cœperis sub magistro, Catonem puto illum Cens-
 sorium emulatus. Et sunt quidam tui familiares, qui la-
 tere cauillum nescio quod in calce dicant istius epi-
 grammatis, quod equidem nec agnosco, nec credo. Nam
 & tu homo prudens non temere ieceris in alterum,
 quod in te facile reiiciatur. Et me adeò morum non po-
 nitet, vt si turpiculē, aut nequiter quippiam dixe-
 ris, pertinere id ad me ideo credam. Verum vt iocos
 tuos omittam, si modò ibi iocus est vllus, rogo te, vn-
 de expiscatus adulandi verbum Graeco intellectu de-
 duci à cauda, nulla penē inter se similitudine, cū
 transpositis potius litteris credatur ab adludendo? Sed
 adulescentem scribi negas oportere u littera, cū ado-
 leo dicamus. Quæro autem ego nunc abs te, cur non
 inde adolus potius quā adultus? videlicet nescis quan-
 ta sit harum cognatio inter se litterarum, nec apud Lati-
 nos modò, sed & apud Græcos. Aut te illud salte fugit, O littera
 nouitiā fuisse o litterā, qua etiā aliquæ Italiae ciuitates nouitiā,

Sacerdos.
Epistula.

Vpilio.
Iucundus.

Carthagi
nienfis.

Ferrumi-
nator.

caruerint, & eius loco u posuerint, ut Thufci nostri, et Vmbri. Quo nomine in vetustis adhuc vrbis monumeta-
tis, & sacerdos pro sacerdos, & epistulis pro epistolis,
& nungento pro nongento, multa;q; itē ad id exemplum
conspiciuntur, quæ tamen ego nō omnino sequor: sed et
cur non sequar, certa ratio est. At enim adulescens nō
modò in veteribus libris cum littera u, plerunque repe-
ritur, sed & tertiam quoq; à fine producit syllabā, con-
tra originis naturam, quod ille indicat versus: At leuis
ille deus, cui semper adulescentum. Sicuti apud Maro-
nem, Vpilio, sicuti fortē apud antiquos omneis, iucuna-
dus. Nec pro his tamē ego, ut pro aris, & focis pugno.
Tantum admoneo leuiter studiosos, quid obseruē. Sape
item (quod Cicero ait) scientiam mihi reseruo, vsum lo-
quendi populo concedo. Ceterum quòd multa præteri-
re te dicis in hoc genere, ne lectoribus fastidium parias:
quæ sunt quæso ista, quæ præteris? An Carthaginiensis,
quod ego dicere malo, quam quod vulgò soletis Cartha-
ginensis? Quid autem habetis, præter inueteratum diu
errorem, quod hic obijciatis? Principio ille ipse Priscia-
nus, quem tu nobilē grammaticum vocas, Carthaginien-
sem dici regula præcipit: post hoc illius auctoritati plu-
rimū videlicet addit Ennianus versus, quē Tullius ci-
tat, Hostē qui feriet, mihi erit Carthaginiensis. Si enim
Carthaginiensis legatur, metrū (sicuti vides) claudicaue-
rit. Postremò libros quoque proferre possum, quādo vo-
les, cōplureis vetustissimos: possum & epigrāma citare,
quod in antiquo marmore incisum Romæ adhuc in Trā-
stiberina regione spectatur, quæ nostræ obseruationi
subscribant. Sed venio iā ad Ferruminatorem, quē tu vi-
tas (ut utar Flacci verbis) cane peius, & angue. Quo si
utendū nō est, propterea quòd littera habeat r gemina-
tam,

tam, profectò isto exēplo mi Scala, nec tu ferrum militi-
 ian, nec agricolæ terram suam relinques, imò nec marrā.
 Nam tot errata illa tua verba (sic enim iocari libet) hoc Errata
verba.
 est quæ habeant r litterā geminatā, nō minus utique in
 usu sunt, quàm quæ mollia putas. Ac si audiendus mi Sca-
 la sis, cogemur omnes iā lallare pueriliter, & quod ri-
 dendum sit, ad Alcibiadis labdacismum confugere. At si
 proprie utare, inquis, fortasse non pecces, sed tantum si
 transferas. Quasi verò aut hoc tralationi repugnet, aut
 non ferè sepius apud bonos quoque auctores, verbum
 hoc de suo in alienum domicilium immigrauerit. Nam
 quòd ais nescire te, quid nomine ferruminis usurpetur,
 equidem ignosco. Non enim fortassis euoluere gramma-
 ticos nostros Græcis occupatos licuit, à quibus enarra-
 tur. Pro bitumine autem cur accipias non video, tū pro-
 fiteor indicaturum quid apud Liuium valeat, modò tu
 locū ostendas, ubi Liuius utatur. De Hermolao tu quidē
 prudenter quòd excusas, inuidiā credo metuens. Sed re-
 di quaeso mecum in memoriam, quàm & tu eum ardēter
 superioribus diebus accusaueris, & ego cōstanter de-
 fenderim. Nec enim ob aliud infamastis hoc ferruminan-
 di verbum, quàm quòd illo est usus Hermolaus. Nam in
 meis certè adhuc scriptis nō reperitur. Est et aliud quid-
 dam, quod me fateor in epistola tua valde mirari: qui
 enim derogas plurimū sæculo huic, in quo viuimus, pa-
 rumq; putas eruditum, si cum veteribus cōferatur, idem
 tamen sæculi eiusdē tantū auctoritatibus mecū pugnas.
 Sed & arrogantes, temerariosq; iudicas, qui sua scripta
 publicent, ac propagari formis patiantur: quasi verò
 qui rectè scribant, non eo pacto pluribus etiam profint.
 Isto utantur cōsilio tuo, qui miseras chartas oblinūt, ut
 eas videlicet perpetuis tenebris sepeliant. Me verò nec

pudeat emendare sequentibus scriptis, si quid in prioribus quandoque deliquerim: quò videlicet (vt quidam inquit) & scribendo proficiam, & proficiendo scribā. Nec enim minor eo nomine vel Hippocratis, vel Augustini, vel Ciceronis est gloria, quòd publicata diu à se quædam nouis subinde editionibus damnauerūt. Sed vi deo me longius prouectum, dum pluribus epistolæ tuæ quasi capitibus respondeo. Dabis veniam (quæ tua est humanitas) non loquacitati modò, sed libertati quoque meæ: quorum alteri occasionem tua dedit epistola, ad alteram me inuitauit exemplum. Videtur autem nescio quo pacto decere amicos, vt in sermonibus, ita etiam in epistolis quædam inter se quasi velitatio, qua solitos vt plurimum Socraticos illos emunctæ naris homines accipimus: vt videlicet in dicendo eruditionem, in audiendo patientiam experirentur. Vale. Florentiæ.

BARPTOLEMAEVS SCALA

Angelo Politiano s. d.

DIXIN' tibi edentulum esse me? Sum antè protectus status cum sene tibi etate iam confecto, atque effecto viribus rem fore: sum verus. Iubeo receptui canant signa. Non commiserim mi Politiane, vt his conditionibus isto me ludo includā. An ego inermis, imbellis, ignauus, tremulus miles descendam in puluerem, & in campum ad insulsam, ac ridiculam velitationem? Nam cum Hercule congressus, quem tot, tantæque euicta mōstratrāferunt in celum, herbam do iam, manusq; & serues victum precor. Ne seui, triumphi die ductus inter captiuos addere ad pompam potero, atque ad numerum. Nam certè agere potes (iam mihi videtur) non de litteris modò nostris, sed & de litteris quoque ipsis triumphum. Quòd me ita dignum putaueris, cui adeò accuratè

Vatē responderes: quòdque tantum scribendo honesta-
ueris, atque extuleris etiam supra modum, etsi is sem-
per mos fuit tuus, tamen hac quoque noua in me nunc
humanitate, debere tibi multum fateor. Admirabilis est
profectò ornatus epistolæ tuæ, doctrina noua planè,
atque incredibilis, inusitata, incomparabilisque facun-
dia. En habes quid sentiam de scriptis tuis, etiam chiro-
grapho confirmatum, si quid maleuoli obloquerentur.
Ipse cum his vulgatiorebus epistolis, vt feci hactenus,
me oblectabo, contentus hac obscuriore sorte, quando
præclariora vos nati annis (vt ferunt) melioribus occupa-
uistis. Tu certè, præter ceteros, mi Politiane, nature
multum debes. Illa tibi ingenium istud, quo agere tam
multa, atque memoriam, qua omnium ferè rerum remini-
sci potes, dedit: vt corporis modò prætermittam dotes,
quæ nonnihil & ipse habere à quibusdam putantur mo-
menti, ad felicitatem, & fortunæ commoda: quæ pro-
fectò iuuare natiuam virtutē, nisi ipsa sese deserat, ve-
hementer solent. Cæcus sit funditus, qui hæc non vide-
rit. Ceterum sine epistola, nam melius id fieri coràm pu-
to, cum oportune agi res possit, omnibus de rebus, de
quibus scribis (est enim quod dici contrà possit) transi-
gemus. Vale. Florentiæ. M. CCCXCIII.

ANGELVS POLITIANVS

Barptolemæo Scalæ suo s. d.

Si tu edentulus, mi Scala, tua tamen fuerat dentata
epistola: sensi equidē. Nam penè morsu me fregit, & pe-
percit illa tamen nonnihil: atq; ita me cū lusit, vt vrsa in-
terdū cum catello solet. Stultus ego, qui non statim vete-
rano toties coronato cessi, videlicet tyrunculus adhuc,
ense leuis nudo, parmaq; inglorius alba. Tu tamē magni-
ficè hoc, sicut alia, qui ne dignū quidē me putes ira. Nā
quòd

Hercules. quod Hercules abs te vocor, non mihi ob id placeo: si enim pigris canibus (vt inquit ille) nomen erit Tigris, Pardus, Leo. Vincere autem non magis te potui, quam
Pygmaei. Herculem ridiculi apud Philostratum Pygmaei, quos ille omneis correptos leonis pelle inuoluit. Ceterum triū phare de litteris non est meum. Quando enim mihi illae hostes? Gotthorum laus ista, & Hunnorum, non mea est. Sed & occupare praeſtātiora quā potui quaeso? quā quidem te concionante forſan adhuc in cunis vagiebam. Postremo si quem tibi honorem habui, mi Scala, merito tuo me fateor habuisse. Si quid rursus te pupugi per iocum, iam nunc equidem muto factum. Quod verò laudes in me tantas ore pleno congeras, amor in causa. Sed tamen hoc ita interpretor, vnam mihi laudem hanc esse laudum omnium maximam, quod abs te merui laudari etiam falso. Si quid est quod agere praeterea coram velis, nulla mora in Politiano tuo. Vale.

BARTOLEMAEVS SCALA

Angelo Politiano S. D.

TANQVAM qui asperiora praeſtauerūt, si deinde in mitiora inciderint, sapere videntur dulcius: ita sum ipse modo isto saccaro tuo istoq; nectare epistolae recreatus: atq; vt quod est fateor, nescio quomodo acciderit, quae scribuntur à te cuncta, tuū sapiunt salē, ac te referūt. Hoc quod postremo ad me misisti muneris, magis tuū est, scilicet cōcitaui ego te, vt video plusculū, & in causa fui ipsemet mihi cōmutati styli. Ego floribus Austrum Perditus & liquidis immisi fontibus apros, Vergiliano prouerbio: & oleum immiscui liquidae lixiuiae nostrum. Sed redij in vian, & mihi crede, quae minus habent con-citationis, atque animorū, grauiora sunt: quod tamē for-
 sitan

sitan poëta negauerint, quorum buccina sæpè inflatio
 melius complet aures. Dedisti iam errori veniam, quod
 te dignum fuit, sic Heroës quondam magnanimos facti-
 tasse accepimus. Ac tibi quoque illud apud Maronè di-
 citur: Et tu Romane memento, &c. Nosti carmen. Gene-
 rosa profectò mens, quæ aut non commouetur iniurijs,
 aut acceptarū vel multa obliuiscitur. Quod dixi te de
 litteris triūphaturū, non eū sensum habet, vt ego te lit-
 terarū dicere hostem uerim, quarū professoribus ni-
 hil est aut tua deinde, aut iusto hosti-
 loco posita, et celso atq; aspro: & Quæ cupit optatā
 cursu contingere metā, Multa uelit fecit, & uer, suda-
 uit, & alit. Te nihil deterruit, nihil reuocauit, non anni
 domuere decē, nō mille carinæ. Tulsti de litteris tri-
 phum, id est, eas habuisti in potestate, quæ immortalitē
 admodū gloria decorarent. Neque Gotthi mihi triū-
 phasse de litteris, aut omnes illæ Barbaræ gentes videri
 solent: quippe quæ eas ne norint quidem, neque nomen
 audierint, nedum adierint armis, atque expugnauerint.
 Nec solent illæ quidē machinas vereri præliares, & tor-
 menta: studio, atque officio leniuntur, vt noster de lite-
 ris apologus fortasse non usquequaque insulsus nitur
 ostendere. Nec quod de occupatis à vobis locis ripsi,
 penitus absurdum est. Nam & postegiores in angelio
 operarij, nō min⁹ mercedis retulerūt. ortuntiora cer-
 te sunt ista tēpora (quis negauerit?) nostris tēporibus
 quantum ad litteras saltē pertinet. Voco autē nostra, va-
 gitus illius tui tēpora, in quibus & librorum, & præ-
 ceptorum, ex quibus quasi fonte quodam certo litteræ
 hauriuntur, penuria permagna fuit, suo quisque Marte
 quid possent vires experiebatur, vnde multa vitia in-
 haserunt mentibus. Ego certē, qui illius ætatis imbibī
 aqua

aquilam, vix ad vestrum hunc modū depurare turbidā
possum, & ad liquidum istud tempestatis huius reuo-
care. Hos ego vocavi annos meliores, nisi tu aliter sen-
tias. Vale. M. CCCCXCIII. Florentiæ.

ANGELVS POLITIANVS

Antonio Vrceo Codro suo. s. d.

COMPOSUI propemodum libellum Græcorū epi-
grammaton, quem sæpè vt edam familiares mei me ro-
gant, & pertinere dicunt (ita enim mihi palpantur) non
ad Latinorum meo, sed omniū auri gloriā, si La-
tinus homo tā diu iam dorienteis excitem. Non eni-
am poëmare eritur vllū citra sexcentos an-
nos à Græcis conditur, quod patienter legas. Sunt ho-
die tamen vnus & ater, qui nonnihil dicuntur conari,
quæquam adhuc non appareat. Vt igitur hos ipsos vel
euocem, vel irriten, cogitabam libellum qualemcunque
hunc nostram publicare, modò tu non dissentias. Etenim
in ea re tuum consilium sartum tectum habere placet.
Aut igitur libellus hic probabitur ab ijs quoque ipsis,
qui componere putantur, atque ob id magna mihi om-
nis gloria tribuetur: aut improbabitur, & meliora ip-
si fortasse scribent. Itaque rursus hoc ipso nomine bene
audet. Mitto interim quædam tibi ex ipsis nō delecta,
sed fortissima: mentior, imò delecta potius, siquidem illa
potissimum, quibus in rebus Græcis (nisi tamē hoc
nimis imprudens) certavi. Tu confer tamen, & vt cunque
displicuero præcepta crede, quibus poteram placere.
Lege verò primum, quod in Apelleam Venerē post tot
antiquorum composui. Quam Plinius etiam noster Ana-
dyomenen vocat, & victam Græcis versibus ait: à qui-
bus tamen sit illustrata, quæ laus ad me non attinet, illo
qui non tempore factus eram.

Εἰς Αφροδίτην τὴν ἀναδυομένην.

Κύπριν ἀπὲλκεις ἔργον χερὸς, ὡς ἴδον, ἴσαν
Δαρὸν θαμβάλει, τὴν ἀναδυομένην.

Τὰς ἀτὲ παρθενικὰς, ἀτὲ καὶ φιλοπαίγμονα, αἰδῶς
τὸν ὄψιν μίγδαρ Ἰλλαχέρ, ἡδὲ γίλωσ.

καὶ τῇ μὲν ῥαθάμιγας ἀλιβρίκτοιο καρᾶνδ

Διξίτιρᾶ θλίβει καὶ κελάρυσεν ἄφρός.

ἢ δ' ἄρα τὰς τοτὶς τίς ἐμοὶ φόβος. ἃ δέγει λαιὰ

Εσκιπε τὰν ἄβαρ τὰν ἴθ' ὑποβρύχιον.

καὶ γὰρ ἴως λαγόνων ὕφαλ' πίλε. καὶ τίς ἔτι φρίξ

Ματρὸς ἀπ' ὠδίνων ὄμφακα ματὸν ἔχειν.

καὶ τοίαν ποτ' Ἀρης ἔχει δίσμιν, ἐκ ἀποδ' ὕνα

Οὐδὲ ἀφασίτα. ἢ γὰρ ἀλκυτοπίδας.

In Venerem emicentem.

Venerem Appellea opus manus ut vidi, steti

Diu attonitus, Venerem, inquam, Anadyomenam.

Nunc virginis, nunc etiam iocis indulgentis, pudor

Ipsam faciem simul sortitus est, et risus.

Et manu quidem guttas salo persusi capitis

Dextra stringebat, et strepitabat spuma.

Erat verò utique humoris quidam mihi horror. at sinistra quidem

Tegebat pubem adhuc demersam.

Etenim laterum tenuis in mari erat, et quidem adhuc horror

Matris ex partus doloribus acerbum verber habebat,

Si talem olim Mars habuisset vinctus, non exis

Ne Vulcania quidem valuisset pedicas.

Sed et in armatam Venerem tamdiu post alios ita lusi.

Εἰς Ἀφροδίτην τὴν ἀναδυομένην.

Εἰς τί σάκ' κρατίεις παφία, λογχοῦ, τίτινα σπῆ.

καὶ θώρακ' ἐνίδους, καὶ κόραρ ἀμφίφαλ' ὀ

Μίμνας ὅτ' εἰ σοὶ δίδοται πολεμικὰ ἔργα

τῇ τρυφῇ, δέπεις δ' ἡμεροίντα γάμον.

Ἀλλ' οὐκ ἐς δάεμ' ἐθνήσομαι, ὅπλα δ' ἄρη.

ἔν.

ἐν δ' οὐ μ' ὥς κ' Ἀρης, ἐκλειάθοις μάχας.
 Ἐν γὰρ ἐμοὶ μῶνα καὶ τεύχεα καὶ κύπριμ' εὐρώων,
 οὐ ποτ' ἐμῶν, λειχέων ἔσσιτ' ἀπωλόσσω.

In Venerem armatam.

Ad quid scutum tenes Paphia, hastam verò quatis,
 Et lorica induita es, & galeam cristatam?
 Memento quòd non tibi data sunt bellica opera
 Delicata, curam verò habes dulcium nuptiarum.
 At non ad pugnam armor, arma autem Martis
 Induor, ut Mars obliuiscatur pugnae.
 In enim me sola & arma, & Venerem nectus,
 Nunquam à meis cubilibus secubabit.

In matrem quoque Lacenam, trito Gracis argumenta
 ad hunc modum:

Εἰς Λακῶνα
 σφυγόντα μάχας τὸν ἰὸν παῖδ' ὥς ἐνόησε
 Σπαρτιάτις μάτηρ, φασγάνῳ ἀντίασεν,
 καὶ κτάνει τὸν δῦσανον ὅμ' ἔτ' ραφειν, ὅμ' ἔτικεν αὐτῶν
 τᾶντα δ' ἐκέρτόμειν λοξ' ἐπιδερκομέναι
 εἰ τοῖον σ' ἐδόκωω, δὲκ ἄρ' ἔτικον. ἔρξε Λακκαίνας
 ὡς πᾶς, δὲκ ἐβίλωμ' ὡς Λακεδαιμόνι.

In Lacenam.

Effuzientem praelium suum filium ut cognouit
 Spartana mater, en se occurrit,
 Et interfecit miserum. quem nutrierat, quem pepererat ipsa.
 Huiusmodi autem conuiuius infectat a est torue intueus.
 Sitalem te putassem, non peperissem. peri Lacena
 Vi filius, non volens ut Lacedaemonius.

Nec reuerſus de organo musico meos Elegos, & quidem
 pauciores opposui: quos & ipsos adscribam.

Εἰς τὸ ὄργανον.
 κάλκεον δονάκων ὄρω σίχον, ἀλλὰ τίς αὐτῶ
 τεχνῆται κρύβδην τὸν πολὺθρον κίλαδον;

Οὗτος

Οὗτος ὁ τοῖς τροχαλοῖς ἱερότροπα δάκτυλα παλμοῖς
 Δινέωμ, τρομεράς τ' ἀμφισοβῶν σελίδας.
 Ἀλλὰ πολυπερίωμ, πόθεν οἱ τόσ' ἰσμός ἀντῶν;
 Οὐκ ἀθρῶς ἀσκήδς διχθαλίος ὅπιδερ;

In organum.

Aerem fistularum conspicio ordinem: sed quis in ipso
 Efficit occultè multisonum strepitum?

Is, qui citis vicissim motos digitos moribus
 Versat tremulasq; utrinque agitat tabellas.

Sed dispersorum vnde ipsi tantum agmen flatuum?
 Non vides folles geminos retrorsum?

Extant etiam nobilissima duo epigrammata in puerum
 super Hebri glacie ludentem, sicuti Latinum quoq; non
 inueniustius, quod Augusto tribuitur: sed cum Græcis il-
 lis ita quidem Græcè contendimus.

Εἰς παῖδα.

Ἐὼς ἔβρω ἐπὶ θρωσκὶ πεπηγότῃ τυθὸς ἀθύρων.

κρυάλλῃ δ' ἱάγῃ μαρμαρόειν δάπνιδον.

Ἰὼ μῶν ὀλισθαίνων πῖσιν εἰς βυθόν. ἀλλ' ἀδλιαντορ

κρατὸς ἔκερσε λίγην ὀσρακόεισ παγετός.

Σκῆνος ἄρ' ἐν δόμουχον ῥοθίωμ ταχύς ἔσπασεν ὀλκός

τῷ πυρὶ δ' ἡ μήτυρ μένον ἔδωκε κάρη.

Ἐπὶ δ' ἐπισονάχουσα, τί δύσμορ' ὕιον ἔτιξας

ἀεὶ ὥς σοι χίσιον βρῶμα γένοιτο λυοῖν.

In puerum.

Puer Hebro insiluit concreto parvulus ludens,

Glaciei verò fractum est marmoreum solum.

Et sic quidem labens cecidit in profundum, ast inmadefactum

Capitis absceidit collum testacea glacies.

Corpus utique abditum fluctuum praeceps traxit vorago.

Igni autem mater solum dedit caput.

Dixit virò ingemiscens, Quid infelix filium peperit?

Utique ut elementorum cibus fieret duorum.

Hoc autem, quod sequitur, non cum Græcis iam, sed cū

K

Latia

Latino commissimus. Vertimus enim vetustum poëta
Pulicis in hermaphroditum, quod vulgus Antonio Pa-
normitano falsò adiudicat: in quo laboriosissimum fuit
reddere totidem versibus, ac penè verbis, imò vel syl-
labis eandem gracilitatem. Latinum Pulicis hoc est:

Cum mea me genitrix gravida gestaret in aluo,

Quid pareret, fertur consuluisse deos.

Mars est Phœbus ait, Mars femina, Iunoq; neutrum:

Cumq; forem natus, hermaphroditus eram.

Querenti letum, Iuno sic ait, occidet armis,

Mars cruce, Phœbus aquis, sors rata quæque fuit.

Arbor obumbrat aquas, ascendo, decidit ensis

Quem tuleram casu, labor & ipse super.

Pes hæsit ramis, caput incidit amne, tuliq;

Femina, vir, neutrum, flumina, tela, crucem.

Nunc audi nostrum Græcum, si placet.

Ἐγκυθ οὔσα γυνή, τί κ' ὀπίρῃ, φοῖβον, ἄρκα,

ἤρην, τὸς ἅμα τρεῖς ἐξέριενι θεῶς.

Ἀρσενά φοῖβον, ἄρην θήλειαν φάτο, κ' ὀλίτερον σὺ

ἤρην, πάντ' ὑγιῶς, ἀνδρόγαθον γὰρ ἴφιν.

Ἰερομένη ἡ μόρον, μόρον οἱ ξίφος ἑλλακεῖν ἤρην,

Σταυρὸς ἄρην, φοῖβον κύματα, πάντ' ἀπίβη.

Διὶ δ' ἄρ' ἐφθέκη, πῖσι δ' οἱ ξίφος αὐτὸς ἐπ' αὐτῷ

ἤρην, εἰς ποταμὸν κύμβαχον, ἐκ δὲ ποσσὶν

ἤρην ἀπ' ἀκρεμόνων. θάνει γὰρ θήλυν τε, καὶ ἄρην,

κ' οὐλίτερον, σταυρῷ, κύμασι, καὶ ξίφει.

Grauida quum esset mulier, de fetu, Phæbum, Martem,

Iunonem, simultres interrogavit deos.

Marem Phæbus, Mars feminam, & neutrum tu

Iuno, omnia sanè, Androgynus enim natus est.

Querenti verò mortem, mors ei ensis dixit Iuno.

Cruce Mars, Phæbus fluctus, omnia contigerunt.

Arbori

Arbori insitit, lapsus est autem ei ensis, ipse super ipsum

Cecidit in fluvium supinus: ex verò pedibus

Sublatus est à ramis: perijt igitur seminaq; & mas,

Et neutrum, cruce, fluctibus, & ense.

Sed nimis tibi sum fortasse molestus, itaque iam desinā.
Prius tamen illud testabor, me non ideo certasse cum tā
præclaris ingenijs, quæ diu comprobavit antiquitas,
præsertim in arena ipsorum, quòd inde mihi victoriam
vel sperarem, vel quærerem: sed quòd hoc magis vide-
bar illa cogniturus, & quo minus in experiundo conse-
querer. Tu tamen qualiacunque sint ludicra hæc mea,
velim diligenter explores, agniturus & in ceteris eius-
dem generis, quæ vel iam scripsi, vel adhuc scripturio,
prorsus eundem gustum. Vale.

ANTONIUS CODRVS VRCEVS

Angelo Politiano s. d.

IN magnis Iulij caloribus redditæ fuerunt mihi lit-
teræ tuæ Angele doctissime, quibus non grauatus es ad
me mittere pauca quedam Græca ex multis, quæ com-
posueras epigrammata, cum Græcis & Latinis certan-
tia. Ego quibus verbis isti tam prompto, ac tam libera-
li in me animo gratias agam, non reperio. Dedisti enim
mihi senescenti, quid comparare, & quid comparan-
do discere possem. Et certè mihi visus es & Latinus
vir tersissimus, & Græcus facundissimus. Quòd au-
tem scripsisti te cogitasse libellum ipsum epigrammatie
publicare, modò non dissentirem: quid est quod fieri,
aut dici, aut cogitari à Politiano possit, in quo dissen-
tiat Codrus? Equidem non sum tam socors, nec tam
mihi placeo, ut verbis tuis vel elicitus prodeam, aut tam
quam cristatus gallus cantaturus exultem. Egone pau-
cis admodum litteris, & mediocri ingenio dotatus tibi

K 2

VIRO

Ne fiat:
sive, Ab-
sit.

viro in omni doctrina genere peritissimo consilium da-
bo μή γινώσῃ. Et certè miratus sum nō parum, quæ te ra-
tio ad hoc scribendum exhortata fuerit: nisi fortè meus
erga te singularis amor, & vitæ meæ plusculi anni cō-
mouerunt. Quod si ita est, scribam libēs quod sentio: ea
tamen lege, vt si quid inconditum, aut insuaue hīc tuas
aures mordaci aceto lotas offenderit, non me, sed te ip-
sum accuses, qui tacentem, ac penē sopitum excitaueris.
Contuli igitur, vt iussisti, epigrammata tua cum Græcis:
& tantum abest, vt Græca vituperare velim, vt illa plu-
rimum comprobem. Verū in tuis versiculis nescio quid
plus gratiæ, & dulcedinis mihi esse videtur, quod ma-
gis sentiri, quā monstrari potest. Præterea non eo infir-
cias versus hexametros ex paucis quidem, sed longioribus
particulis compositos, suam in tempore seruare au-
thoritatem, qualis est apud Hesiodum, Πληιάδων ἀτλαγόν-
των ἐπιτίλλομένων. Et apud Vergiliū: Pastorum mu-
sam Damonis & Alphesibœi. Et alij eiusmodi plures,
tam apud Græcos, quā apud nostros poetas. Sed versi-
culi sanè ex pluribus dictionibus cōpacti, scatētibus da-
ctylis elegantiores, rotūdiore, ac leniter magis currē-
tes, iudicio meo existimandi sunt: vt, Ἀνδρα μοὶ ἔννεπε
μύσῃα πολύτροπον, ὃς μάλα πολλὰ. Et: Si quis in hoc artē
populo non nouit amandi, Me legat, & lecto carmine
doctus amet. Et hoc præcipuè in elegis, seu epigramma-
tis apparet. In pentametris verò longas dictiones liben-
ter audio, vt Τὴν ἀναδυομένην, & ὡς Λακεδαιμόνιν. Ha-
bent enim nescio quem Græciensis consuetudinis mo-
dum: Postremò quantū decoris, ac gratiæ versibus præ-
beant epitheta non tantum perpetua, sed & nouè exco-
gitata, & argutæ sententiæ, nemo non eruditus intelli-
git. In tuis versibus, vt ad te redeam, hæc omnia inueni-

Pleiadib'
ab Atlan-
te genitis
exorien-
tibus.

Virum
mihi dic
Musa per
quā exer-
citatum,
qui valde
multa.
Anadyo-
mene, &
vt Lacedæ-
monius.

ΜΗΝΕΥ.

untur. Nam ipsi & partibus multis apte coherentibus,
 & dactylis frequentibus leguntur, ac scanduntur, &
 sententijs fortasse argutioribus, quam Græci versus cō-
 cluduntur. Quanti me putas fecisse epithetum illud, ὀμ-
 φακα μάστιγι Et illam variatam similitudinem μόρον μό-
 ρου; & alia id genus multa, quæ multiplicē in se habent Acerbum
 doctrinam, & voluptatem. Sed quibus verbis laudabo vber.
 illam sententiam, qua in fine Veneris Anadyomenes vsus Mortem
 es, ubi scripsisti: si Mars ligatus talem habuisset Vene- mors.
 rem, noluiſſet unquam vinculis Vulcanijs dissolui? Ange-
 le mi obseruande, nō tibi blandior, sed ex animo loquor:
 in alijs quidem non es Græcis inferior, in hoc verō etiā
 es (vt sentio) superior. Quare non te tantum hortor vt
 edas, quæ scripsisti, sed rogo, & obtestor. Ede, ede quā
 eclerrimē, vt & tu gloria, & litterarum studiosi doctri-
 na tua frui possint. Nam vel euoces, vel irrites ad scri-
 bendum eos, quos nosti, vel non bene audies omnino, &
 summo opere laudaberis. Sed tecum in hoc stadio curren-
 tibus licebit (mihi crede) potius terga tua, quā pectus
 videre. Et si nulla alia te ad hanc editionem caussa moue-
 ret, vel hæc te impellere debet, rūpantur vt ilia, non di-
 co Codro, qui tuus est, sed illis, quos ego sanē nō video,
 sed tu fortasse cognoscis tibi esse non amicos: vt intelli-
 gant te, quod iam Latine fecisti, Græcē non minus posse,
 & indoctis prodesse, & doctos summo opere delectare.
 Et tandem si non vis alijs prodere, prode mihi, qui re-
 rum tuarum, vt sum, sic semper ero lector sedulus, ac am-
 plicator. Sed hæc satis sint in ijs præcipuē caloribus,
 qui nescio quomodo vobiscum, certē nobiscum grauiter Quoniā
 agunt. ἐπεὶ κεφαλὴν, καὶ γούνατα Σιέ. & ἄλ. vt scribit caput &
 Hesiodus. Vale, & memento nos Epigrammaton Græ- genua Si-
 corum volumen integrum expectare. Tibi me commen- rarius deli-
 cat.

do, & si Picius princeps noster istic est, me illi seruū suū
esse insinuato. Bononiæ, quinta luce Iul. M. CCCXCIII.

ANGELVS POLITIANVS

Iacobo Modesto Pratenſi ſuo s. d.

ROGASTI me ſepius, vt tibi nomina colligerem vete-
rum iuris conditorum, non qui citentur ab alijs, ſed quo-
rum ſint ipſorum verba pro legibus in Iuſtiniani princi-
pandectis digestis, quas & pandectas appellamus. Ego verò
quoniā te longius diſtuli, quā fortāſſe ſingularis amor
erga me tuus merebatur, ne ſine ſœnuſculo mora iſta fue-
rit, etiam titulos, numerūq; librorum tibi perſcribam,
de quibus quinquaginta digeſtorum volumina conſarci-
nantur. Volo enim tibi hoc quoque apponere quaſi con-
dimentum ſtudiorum tuorum: in quibus te multam pone-
re operam, multūq; proficere, quod mihi ſepē præce-
ptores tui narrant, vnicē gaudeo. Nam cum tu noſtris la-
ribus à puero ſucris innutritus, probauerimq; ſemper
ingenium, mores, animum, fidelitatemque tuam, nihil
abs te mihi penē ſeiunctum puto, laudesq; tuas perinde
amplector, vt meas. Sed vt ad rem redeam, ſeptem omni-

no & triginta fuere conditores iuris, quorū de verbis
digeſtorum leges, velut cœntones quidā conſuuntur. Et
quorundam ex his mentio eſt, in titulo de origine iuris,
quem tibi non damus in ſolutum, propterea quod eſt in
ære tuo. Vetiſſimus autē omnium, ſicuti mihi videtur,

Q. Mutius Scauola eſt p. r. Pontifex maximus. Cuius
apud Cic. quoq; plurima mentio. Huius huc accerſitur
vñus tantum liber definitionū. Gallus deinde Aquilius,
qui Ciceronem orantem iudex audiuit, & quē ſamiliā-
rem ſuum Cicero idē in Topicis appellat. Huius tantū
reſponſis irrigantur digeſta. Labeonis verò eodē aſci-
ſcuntur libri octo putantur, id eſt, credibilium, ſeu veriſi-
milium,

milium, & item posteriorum decem. Fuit autem Labeo, Labeo, quem vocat Horatius insanum, de cuius ingenio, natura, studijs, ac doctrina multa scribit Gellius in Attic. Nocti. Saluius Saluij quoq; Iuliani digestorum nonaginta libri, de an- Iulianus. biguitatibus vnus, ad Minutium sex, ad Vrseium quatuor. Floruit hic Hadriani temporibus, & iudicanti fuit in consilio, magnæ vir auctoritatis, auunculus etiã Digij Iuliani, deinde principis. Aduocantur & Neratij Neratius Priscus. Prisci regularum quindecim, membranarum septem, responsionum tres. Hunc sibi putatur Traianus amicorum consensu successorẽ destinasse, sic vt ei dixerit aliquando: Commendo tibi prouincias, si quid mihi fatale contingerit: eundemque mox Hadrianus imperator habuit in consilio. Volusius quoque Matianus iurisconsultus est Volusius Matianus. habitus celebris, quo multum est vsus Hadrianus idem: quiq; docuit M. Antoniam principem, cognomento Philosophum. Veniunt huc igitur illius quoque libri fideicommissorum sedecim, publicorũ quatuordecim: sed Matiani nomen in Marcianũ deprauatur à librarijs. Fuit enim Marcianus ipse quoq; iuris auctor, à Didio Iuliano principe iussus occidi, qui libros huc contulit institutorum sedecim, regularum quinque, de appellationibus duos, publicorum duos. Item singulares, quos Græci monobiblus, his titulis: de delatoribus: hypothecariæ: ad s. c. Turpilianum. Iulius quoque Celsus Hadriano fuit in consilio, qui Digestorum libros vndequadraginta composuit. Sed & Valens, qui fideicommissorum septem. Marcel Marcellus quoque, qui digestorum scripsit vnum & triginta, responsorum vnum, sex ad leges. Item Iabolenus, cuius acciti huc libri sunt. Ex Cassio quinque, epistolarum quatuordecim, ad Plautium quinque. Claruit his temporibus

Serbidius
Scauola.

bus etiam Serbidius Scauola, cui M. Antonius philosophus operā dedit, ac deinde factus imperator, multum illo est usus. Hic & Seuerum docuit illum, qui sibi post Pertinacem magna virtute imperium parauit. Docuit & Papinianum, de quo mox dicemus. Sed Scauolæ huius libri deducuntur in Iustiniani Pandectas, Digestorū quadraginta, quæstionum viginti, responsorum sex, regularum quatuor, de quæstione familiæ vnus, quæstionum publicè tractatarum vnus. Huius auditor (vt diximus)

Papinianus.

Papinianus libros ad Pandectas affert, quæstionum triginta septem, responsionum vnde viginti, definitionū duos, de adulterijs vnum, ædilitium vnum. Hic habitus omnium est acutissimus, eumq; vocant historiæ iuris asylum, doctrinæ legalis thesaurum, sic vt ab illo studiosi legum, qui profecissent, appellati Papinianistæ quandoque fuerint: amicus & Seueri principi sed à condiscipulatu, neque nō affinis per secundam uxorem, successor eidem quoque in administratione fisci. Denique moriens Seuerus filios suos non alij magis, quàm Papiniano commendauit. Erat autem præfectus vrbi Papinianus, ac plus potēs in aula quàm volebat. Itaque sæpè deponere nociturā potentiam frustra conatus, tandem ab Antonio Caracalla Seueri filio militum gladijs obiectus, & securi percussus est, quod excusare parricidiū noluisset. Huius

Iul. Paul.
Domitius
Ulpianus.

ius assessores in præfectura Iulius Paulus, & Domitius Ulp. quos quidā ex vestris Græco vocabulo Coryphæos appellant, quoniā quasi verticē legitimæ disciplinæ cū Papiniano tenuerunt. Feruntur & Ulpiani libri ad editum tres & octoginta, ad Sabinum verò vnus et quinquaginta, ad leges viginti pro tribunali decē, de officio proconsulis decē, regularum septē, fideicommissorum sex, opinionū sex, de adulterijs quinque, de appellationibus

quas

quatuor, de officio Cōsulis tres, institutorū duo, de cē-
 sibus sex, responsorū duo. Tum singulares hi. Regula-
 rū rursus de sponsalibus, de officio præfecti vrbi, de offi-
 cio præfecti vigilum, de officio curatoris Reipublicæ,
 de officio prætoris tutelaris, de officio quæstoris. Sed
 quamuis tam multa scripserit Vlpianus, tamen Paulus
 aliquantò est (vt Græcè dicam) polygraphoteros: eius
 enim numerantur hi libri: Ad edictum octoginta, quæ πολυγρα-
 stionum vigintisex, responsorum viginti tres, breuium φότερος,
 viginti tres, ad Plautium duodeuiginti, ad Sabinum se-
 decim, ad leges decem, regularum septem, sententiarum
 vel factorū sex, sententiarum iterū quinq;, ad Vitellium
 quatuor, ad Neratiū quatuor, fideicommissorum tres, de-
 cretorum tres, de adulterijs tres, manualium tres, insti-
 tutorum duo, de officio Procōsulis duo, ad legem Iuliā,
 vel, vt aliter lego, ad legē Aeliā duo: item ad legē Aeliā
 Sentia tres, de iure fisci duo. Monobibli autē, regularū Id est, sin-
 gularē
 rursus, regularū tertio, de pœnis paganorum, de pœnis
 militum, de pœnis omnium legum, de vsuris, de gradibus
 & affinibus, de iure codicillorum, de excusationibus tu-
 telarū, ad regulam Catonianā, ad s. c. Orficianum, ad s.
 c. Tertyllianum, ad s. c. Syllanianum, ad s. c. Belleianum,
 ad s. c. Libonianum, seu Claudianum, de officio præfecti
 vigilum, de officio præfecti vrbi, de officio prætoris tu-
 telaris, de extraordinarijs criminibus, hypothecaria, ad
 municipalem, de publicis iudicijs, de inofficioso testa-
 mento, de septemviralibus iudicijs, de iure singulari,
 de secundis tabulis. Ad orationem diui Seueri, ad ora-
 tionem diui Marci, ad legem Velleam, ad legem Cin-
 cianam, ad legem Falcidiam, de tacito fideicommissio, de
 portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur, de
 iuris & facti ignorantia, de adulterijs, de instructo et

instrumento, de appellationibus, de iure libellorum, de testamentis, de iure patronatus, de iure patronatus quod ex lege Iulia & Papia venit, de actionibus, de concurrentibus actionibus, de intercessionibus feminarum, de donationibus inter virum & uxorem, de legibus, de legitimis hereditatibus, de libertatibus dandis, de Senatusconsultis. Fuere autem Paulus, & Ulpianus praefecti ambo, sed quidam factos ab Alexandro dicunt, quidam verò ab Heliogabalo, qui tamen Ulpianum remouit ut virum bonum. Ceterum Alexander utrunque magno in honore habuit, maximè autem Ulpianum, qui consiliarius ei quoque fuit, & scrinii magister. Nec unquam ad eum solus admissus quisquam est, nisi praefectus, atque Ulpianus. Tum si quando alter adhibitus, semper tamè Ulpianus rogari iubebatur. Sabinus autem ille, ad quem libros Ulpianus scripsit, putò etiam ad quem Paulus, & Pomponius, vir fuit insignis, & consularis, ab Heliogabalo iussus occidi, cuius filius etiam Fabius Sabinus Alexandro fuit gratissimus, & Cato sui temporis dictus est: Nescio autem an hic filius idem sit Sabinus, qui Consularis, ac Praefectus vrbi per tumultum fusti percussus in populo, & occisus, atque in publico derelictus fuerit. De illo quoque ambigitur vternè de iure scripserit, filius an pater. Scripsit verò iuris ciuilis tres, ex Proculi singularem, sed & epistolarum libros octo. Pomponij quoque collati sunt eodè libri, scilicet ad Quintum Mutium, lectionum vnde quadraginta, ad Sabinum quinque & triginta, epistolarum viginti, variarum lectionum quindecim, ad Plautium septem, fideicommissorum quinque, Senatusconsultorum quinque, regularum vnus, enchiridij duo. Caium verò citat & Boëtius in Ciceronis Topicò conuictarijs. Huius huc adhibiti sunt

ad edi-

Sabinus.

Fab. Sabinus.

Pomponius.

Caius.

ad edictum prouinciale libri duo & triginta, ad leges
quindecim, ad edictū publicū quindecim, qui soli tū re=
pertu fuerunt, Aureorum septem, dodecadelti, hoc est ^{Δωδεκά-}
duodecim tabularū sex, institutionū tres, de manumiss=^{Αελιοι.}
sionibus tres, fideicommissorū duo, de casibus vnus, regu=
larū vnus, dotalitorū vnus, hypothecarie vnus. Summe=
rūt haustus, qui Tribunianū iuuerūt, ex Venulei quoq; Venulei.
stipulationum libris vndeiginti, Actionū decem, de of=
ficio Proconsulis quatuor, de pœnis Paganorum vno, Mauricia
publicorum tribus de interdictis sex. Item ex Mauri=
ciani, ad leges sex, ex Terentij Clementis ad leges vi=
ginti, ex Africani quæstionum nouem, ex Florentini <sup>Teretius
Clemens.
Africanus.
Florētius.</sup>
institutorum duodecim, ex Tertulliani de castrensi pe=
culio vno, ex Iusti constitutionum viginti, ex Tripho=
niani disputationum libris vno & viginti, ex Callistrati <sup>Tartyl.
lianus.
Iustus.
Tripho-
nianus.
Callistra-
tus.</sup>
de cognitionibus sex, edictorum monitoriorum sex, de
iure fisci quatuor, institutorum tribus, quæstionum tri=
bus, ex Menādri militarium quatuor, ex Modestini re=
sponsoforum vndeiginti, Pandectæ duodecim, regula=
rum decem, differentiarum nouem, excusationum sex, <sup>Menan-
der.
Modesti-
nus.</sup>
de pœnis quatuor. Item ex eiusdem Monobiblis, de præ=
scriptionibus, de inofficioso testamento, de manumissio=
nibus, de legatis & fideicommissis, de testamentis, de eu=
rematicis, de enucleatis casibus, de differentia dotis, de <sup>Tarrutius
Paternus.
Macer.
Arcadius.
Rufinus.
Anthus.
Publius
Furius.
Maximus.
Hermo-
genianus.</sup>
Tarruntij Paterni militarium qua=
tuor, ex Macri militarium duobus, publicorum duobus,
de officio præsidis duobus, Icaston, seu verius Icaston
duobus, de appellationibus duobus. Ex Arcadij de testi=
bus vno, ex Rufini regularum duodecim, ex Anthi, siue
Publij Furij Anthiani patris edicti quinque libris, ex
Maximi ad legem Falcidianam, ex Hermogeniani epi=
tomatum sex libris. Hæc est denique tan iuris condito=
rum,

Titulus
de excu-
sationib'
Græcè
scriptus.

rum, qui symbolam dederunt, quàm librorũ quoque, & titulorum, quibus vestra Pandectæ se debent, exactior nomenclatura. Nam ceteri non intexuntur, sed tantum citantur: quidam tamen in codicibus deprauatis, quamuis omnino immunes, munificibus tamen adnumerantur. Tituli præterea nonnulli, sicuti de excusationibus, penè integri Græcè sunt editi, quos indoctus aliquis (ut apparet) in Latinum transtulit. Sed & hæc (ut opinor) & alia pleraque nostras aliquando vigilias desiderant, quas utique nos (modò vita suppetat, ac modò paululum quid otij contingat) nimium quàm libenter tribuimus, sed prius tamen Philosophiæ satisfaciendum, cui nunc totos (ut scis) penitusque nos tradidimus. Erit opus omnino Barptolemæi Sozini Senensis doctoris excellentis, imò verò planè singularis, opera nobis, & consilio. Quem equidem Papinianum alterum videor audacter posse appellare sæculo nostro. Vale.

ANGELI POLITIANI EPISTOLARVM

LIBER SEXVS

T V S.

ANGELVS POLITIANVS

Philippo Beroaldo suo s. d.



CERTIOREM me per litteras iādiu multi fecerunt, venisse istuc ad vos quendā, qui nostras adnotationes venditet in Statij Siluulas, easq; se iactet ex nostris auctographis descripsisse. Puto esse autem non quas, me prælegente, studiosi exceperunt, sed quas ego adulescens vi-

McW.